Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

604

non nescientibus inter quos erat phy
lippus cui dictum est: Tanto tempore
vobiscum sum et non cognovisti me phy
lippe. Tertio postquam discipulis apparuit
in multis argumentis, non exprobravit
incredulitatem illorum et duriciam cordis.
Similiter non distinguendum est. Nullate
nus enim videtur increpatio referri
ad petrum qui ipso die resurrectionis
dominum vidit. et nusquam legitur quod postea
firmiter crederet resuscitatum. Sed il
li potius increpantur qui tarde credi
derunt ut thomas. Et notandum quod
sicut thomas pre ceteris dubitavit, ita
pre ceteris monetur palpare et videre. Pe
trus singulariter negavit et singu
lariter ei dominus apparuit. Ita maria
nec per angelos credidit vehementer
incredula resurrectionis extitit.
et ei dominus singulariter se manifesta
vit. Graviora siquidem vulnera maio
ri indigent medicina, ut ubi ha
bundavit iniquitas superhabundaret
gratia. Cum autem maria ad petrum et io
hannem curreret, utrum alie mulie
res ad illos discipulos cum ceteris et sta
tim venisse fuerunt, aut alicubi mo
ra cito reversuram expectaverint
incertum est. Hoc autem certo certius est
quia petro et iohanne discedentibus de monu
mento. dum maria ibi flens remaneret

vidit angelos duos ut iohannes commemorat et
conversa retrorsum vidit dominum. ccxxxiiii.
Post hec autem duobus ex eis ambu cccxl.
lantibus ostensus est euntibus hac ipsa die
in castellum quod erat in spacio stadiorum sexa
ginta ab ierusalem nomine emaus. Et ipsi loque
bantur ad invicem de his omnibus que acciderant.
Narrant greci scriptores gygantem hercu
lem uno anhelitu cxxv passus cucurrisse.
Quibus expletis constitit et astando huiusmodi
spacium stadium vocavit. Est autem stadium
octava pars miliarii. et xl stadia vii mi
liaria efficiunt et medietatem octavi. Que
in summam redacta leugas tres conficiunt et
dodrantem quarte. Itaque xl stadia vii [Dodrans [illegible] tres quadrantes]
passuum et quingentos significat. Quod spaci
um numeris tamen congruit eis, qui de morte ac
sepultura salvatoris certi, dubii de resur
rectione gradiebantur. Nam resurrectionem
que post sabbatum facta est octavo numero convenire
quis ambigit. Discipuli ergo qui de domino loquentes
incedebant sextum cepti itineris miliarium
compleverant, quia illius sui querela viventem
usque ad mortem que sexta sabbati subiit per ve
nisse dolebant. Compleverant et septimum
quia hunc in sepulchro quievisse non dubita
bant. Verum octavum minime peregerunt
quia resurrectionis gloriam tamen non perfecte cre
debant. Emaus est nicopolis civitas insignis
palestine que post expugnationem iudee
sub marco aurelio antonino principe re